



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Accelerationem paenitentiae impediunt duo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

*Accelerationem penitentiae  
impediunt duo.*

**PROB. 1,** Primum est prosperitas temporalis. Vnde primo prouerbio dicitur, prosperitas stultorum perdet illos. Quia prosperitas obscurat hominis mentem, ut ipsum nequaquam de sua conuersione cogitare sinat. Vnde Regius Pilius aduersus hos dicebat. Repleti sunt qui obscurati sunt. Dehinc (ait Augustinus) ad temporalia, & obscuratus sum. Nullum namque signum maius reprobationis in homine intueri potest, quam rerum continuus successus temporalium; is longe profecto à Deo existit, necullo pacto in Deo delectari potest, dum in mundanarum rerum amore defugi operam impendit. Duobus etenim dominis, Deo, & mamona seruire, fieri nequit, seruatore asserente. Secundum est, procrastinatio, unde apud Sophoniam legitur. Vox cantantis in fenestra, & coruus in superliminari. Vox, idest Christus clamat ad cor hominis, quem admodum ipse dicit. Ego sto ad ostium, & pulso, &c. Coruus uero

INSTITVTIO. 4

Diabolus est, qui procrastinat usq; ad mortem producendo, promittendo longam uitam; De qua promissione dicit Ecclesiast. Repromissio nequani multos perdidit. Est enim hæc repromissio nequam, nequior & nequissima, sicut legitur in tractatu de auaritia. **Ecc. 29**

*Ad accelerationem penitentia incitant quatuor.*

**P**rimum est scriptura, ut apud Ecclesiasticum peccator conuerteri ad dominum ad moneatur hoc pacto. Non tardes conuertere ad dominum, nec differas de die in diem &c. In eodem quoque legitur; Fili peccasti, non adicias ultra, sed de pristinis deprecare &c. Secundum est mortis incertitudo, quem admodum Seruator noster prudenter nos uigilare admonebat dicens. Et uos estote parati, quia quæ hora nō putatis filius, hominis ueniet. Itidem dicebat. Veniet Dominus serui illius in die qua non sperat, & hora qua ignorat. Coarguens quoque diuitem illum, qui dicebat. Anima, habes multa bona posita in annos plurimos, requiesce, comede,

**Ecc. 30**

**Ecc. 27**

**Luc. 12**

**Mat. 24**